

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**D. Gebh. Theodori Meieri Theologi & Prof. in Academia
Julia Antichiliasmus Absolutissimus**

Meier, Gebhard Theodor

Helmstadii, 1696

§. LXXVIII.

urn:nbn:de:bsz:31-105465

corporis, inde patet, quod mors non sit substantia vel suppositum, quod in aliquem locum possit projici; sed ens merè privativum, adeoq; nonens. Quis vero concipere queat, qua ratione nonentia possint in lacum sulphure adventum projici? Manifesta absurditas, quā vel solā quicquid ex Prophetarum Oraculis eruunt nostri Chiliaстæ, satis suspectum reddere valeant.

LXXVII. Hypothesis xxiii. Post hæc Ecclesia in terris vivens in ipsum cœlum deportabitur, postquam à Christo singuli fideles prius erunt immutati. Docet hoc Animadv. §. 33. Quicunq; in hanc florentem „ Ecclesiam, quæ in terris est, è deserto intrant, illi ex- „ tribulatione ad felicem aliquem statum pervenient „ & promissione sanctâ fruuntur, usq; dum ipsi immu- „ tati ad cœlestia transferantur. Conf. Sendschr. §. II. „ Id quod pugnat contrà thesin. 23. ubi fideles statim post adventum Christi in cœlum assummendos esse demonstratum est.

LXXVIII. Hypothesis xxiv. Sequetur hæc alterum Christi judicium in solos mortuos habendum, ita ut Christus non descendat, ad ipsos judicandos; sed mortui sistantur ipsi. Agitur hac de re in Glaubens- Gespr. p. 837. Item in Animadv. §. 26. *Atque ut hæc „ pleniū haurias, notandum est, in judicio post M. annos „ à Deo instituendo non vivos & mortuos, sed tantum „ mortuos esse judicandos. &c.* Et interjectis nonnullis: *Post M. annos non descensurus est Christus, sed omnes i- „ psi sistentur mortui.* Quæ impingunt in thesin. 7. 8. 16. 18. &c. Cæterum omnia regnum M. annorum se- cutura complexus est Animadvertis in §. 27. qui o- mnino legi hic meretur.

LXXIX. Breviter autem ut complectar totum vanitatis Chiliaстicæ nexum, & sub continuâ narra-